

2396. DE RERUM ORIGINATIONE RADICALI

23. November (3. Dezember) 1697

Überlieferung:*L* Konzept: LH IV 1, 10 Bl. 1–4. 2 Bog. 2°. 6 S.*E*¹ ERDMANN, *Opera Phil.*, 1840, S. 147–150.*E*² GERHARDT, *Phil. Schr.* Bd 7, 1890, S. 302–308.

Weitere Drucke:

1. JANET, *Oeuvres*, Bd I, 1900, S. 659–665. – 2. P. SCHRECKER, *Opuscules philosophiques choisies*, Paris 2001, S. 168–190.

Übersetzungen:

1. JANET, *Oeuvres*, Bd 2, 1866, S. 546–553. – 2. AZCÁRATE, *Obras de Leibnitz*, Bd 1, 1877, S. 207–217. – 3. KIRCHMANN, *Kleinere Schriften*, 1879, S. 93–102. – 4. V. P. PREOBRAŽENSKIJ, *Izbrannyja filosofskija sočinenija*, Moskau 1890 u. 1908, S. 129–142. – 5. HABS, *Kleinere philos. Schriften*, 1883, S. 215–226. – 6. A. G. LANGLEY, *New essays concerning human understanding, together with an appendix consisting of some of his shorter pieces*, New York 1896; 2. Aufl. Chicago 1916, S. 692–698. – 7. MORRIS, *Philosophical writings*, 1934, S. 32–41. – 8. PRENANT, *Oeuvres choisies*, 1940, S. 265–273. – 9. RATSCHOW, *Gott Geist Güte*, 1947, S. 104–115. – 10. P. SCHRECKER, *Opuscules philosophiques choisies*, Paris 1954, S. 83–92. – 11. LOEMKER, *Philosophical papers*, 1956, S. 789–798; 2. Auflage 1969, S. 486–491. – 12. A. ROBINET, *Leibniz et la racine de l'existence*, Paris 1962, S. 152–153 (Teilübers.). – 13. P. SCHRECKER, *Monadology and Other Philosophical Essays*, Indianapolis, New York 1965, S. 84–94. – 14. HERRING, *Fünf Schriften*, 1966, S. 39–50; durchgesehene u. bibliogr. erg. Ausgabe 1995, S. 35–45. – 15. MATHIEU, *Saggi*, 1963, S. 77–85. – 16. BIANCA, *Scritti*, Bd 1, 1967, S. 217–225. – 17. BIANCA, *Scritti di Metafisica*, 1969, S. 119–129. – 18. PRENANT, *Oeuvres*, 1972, S. 338–345. – 19. PARKINSON, *Philosophical Writings*, 1973, S. 136–144. – 20. OLASO, *Escritos*, 1982, S. 471–480; 2. Auflage 2003, S. 541–550. – 21. V. V. SOKOLOV (Hrsg.), in *Sočinenija v četyrech tomach*, Moskau 1982, Bd 1, S. 282–290. – 22. P.-Y. BOURDIL, *Leibniz. Sur l'origine radicale des choses*, Paris 1984, S. 41–50. – 23. ARIEW u. GARBER, *Philosophical Essays*, 1989, S. 149–155. – 24. ARIEW u. GARBER, *Discourse on metaphysics*, 1991, S. 41–48. – 25. TH. LEINKAUF, *Leibniz*, München 1996, S. 280–289. – 26. MUGNAI u. PASINI, *Scritti filosofici*, Bd 1, 2000, S. 480–487. – 27. A. ANDREU, *Methodus vitae (Escritos de Leibniz)*, Bd 2, Valencia 2000, S. 159–164. – 28. SCHRECKER, *Opuscules philosophiques choisies*, 2001, S. 169–191. – 29. STRICKLAND, *Shorter Texts*, 2006, S. 31–38. – 30. NICOLÁS, *Obras de Leibniz*, Bd 2, 2010, S. 277–285.

bearbeitet von Stefan Lorenz

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Unser von Leibniz mit einer Überschrift versehenes und auf den Tag genau datiertes Stück stellt eine thematisch in sich geschlossene, metaphysische Abhandlung über die Existenz Gottes und sein Schaffenshandeln sowie dessen Bedingungen dar. Es kann unter inhaltlichen Aspekten

auch als ergänzendes Seitenstück zum zwei Jahre zuvor veröffentlichten *Système Nouveau* gesehen werden. Falls Leibniz an eine zeitnahe Publikation gedacht haben sollte – worauf die relative Sauberkeit des Manuskriptes sowie seine sorgfältige Auszeichnung mit vertikalen Doppelstrichen zur Bildung von Absätzen und eine auf eine andere (publizierte?) Schrift verweisende, autobiographische Bemerkung zur eigenen philosophischen Entwicklung (»olim a juvene cum materialis magis essem ... ut alibi a me fusius est explicatum«, S. 239605.12) hindeuten –, so legt die Wahl der lateinischen Sprache am ehesten die *Acta Eruditorum* als geplanten Publikationsort nahe, doch eine Publikation unterblieb. Leibniz hat nachträglich einige verdeutlichende Formulierungen angebracht, die wir in *-Varianten vermerken.

[Thematische Stichworte:] Deus; origo rerum; mundus; unum dominans; ultima ratio rerum; necessitas (metaphysica, absoluta, physica, hypothetica); perfectio, realitas; possibilitas

[Einleitung:] —

23 Novembr. 1697

De Rerum Originatione Radicali

Praeter Mundum seu Aggregatum rerum finitarum, datur Unum aliquod Dominans, non tantum ut in me anima; vel potius ut in meo corpore ipsum ego sed etiam ratione multo altiore. Unum enim Dominans Universi non tantum regit mundum, sed et fabricat seu facit, et mundo est superius, et ut ita dicam extramundanum; estque adeo ultima ratio rerum. Nam non tantum in nullo singulorum sed nec in toto aggregato serieque rerum inveniri potest sufficiens ratio existendi. Fingamus Elementorum Geometricorum Librum fuisse aeternum semper alium ex alio descriptum; patet etsi ratio reddi possit praesentis libri ex praeterito unde est descriptus; non tamen ex quocunque libris retro assumtis unquam veniri ad rationem plenam; Cum semper mirari liceat cur ab omni tempore libri tales extiterint, cur libri scilicet et cur sic scripti. Quod de libris, idem de Mundi diversis statibus verum est, sequens enim quodammodo ex praecedente (etsi certis mutandi legibus) est descriptus. Itaque utcunque regressus fueris in status anteriores, nunquam in statibus rationem plenam repereris; cur scilicet aliquis sit potius Mundus, et cur talis.

Licet ergo Mundum aeternum fingeres cum tamen nihil ponas nisi statuum successionem, nec in quolibet eorum rationem sufficientem reperias, imo nec quocunque assumtis vel mini-

14 datur (1) unum | (2) Unum *ers.* | *L* 14–16 Dominans, (1) ut in me anima; id vero (2) non tantum ... potius | (a) ut (b) ut *erg.* | ... ipsum ego | sed ... multo (aa) superiore (bb) alteriore *erg.* | . Unum (aaa) autem (bbb) enim Dominans Universi *L* 17 adeo *erg.* *L* 17f. Nam (1) in nullo singulorum inveniri (a) rati (b) potest (2) non ... sufficiens *L* 19 Librum *erg.* *L* 20 descriptum; (1) nec (2) ut (3) dico (4) patet *L* 20 ex (1) praesenti (2) praeterito *L* 21 retro (1) sumt (2) assumtis *L* 22 cur (1) semper | (2) ab omni tempore *erg.* | (a) tales sint libri et cur extiterint, et (b) libri *L* 25f. potius (1) <quo> (2) Mundus *L* 27-S. 239602.6 Licet ... posse *erg.* *L* 27 Licet (1) ergo (2) enim | (3) ergo *ers.* | *L* 27 nihil (1) ponere (2) ponas *L*

5 mum proficias ad reddendam rationem; patet alibi rationem quaerendam esse. In aeternis enim etsi nulla causa esset, tamen ratio intelligi debet quae in persistentibus est ipsa necessitas seu essentia, in serie vero mutabilium. Si haec aeterna a priori fingeretur foret ipsa praevalentia inclinationum ut mox intelligitur; ubi rationes scilicet non necessitant (absoluta seu meta-

10 physica necessitate ut contrarium implicet) sed inclinant. Ex quibus patet nec supposita mundi aeternitate ultimam rationem rerum extramundanam seu Deum effugi posse.

Rationes igitur Mundi latent in aliquo extramundano, differente a catena statuum, seu serie rerum quarum aggregatum Mundum constituit. Atque ita veniendum est a physica necessitate seu Hypothetica, quae res Mundi posteriores a prioribus determinat ad aliquid quod sit

15 necessitatis absolutae seu Metaphysicae, cujus ratio reddi non possit. Mundus enim praesens physice seu hypothetice, non vero absolute seu Metaphysice est necessarius. Nempe posito quod semel talis sit, consequens est talia porro nasci. Quoniam igitur ultima radix debet esse in aliquo quod sit Metaphysicae necessitatis, et ratio existentis non est nisi ab existente, hinc oportet aliquod existere Ens Unum Metaphysicae necessitatis seu de cujus essentia sit Exis-

20 tentia, atque adeo aliquid existere diversum ab Entium pluralitate seu Mundo, quem Metaphysicae necessitatis non esse concessimus ostendimusque.

Ut autem paulo distinctius explicemus, quomodo ex veritatibus aeternis sive essentialibus vel metaphysicis oriantur veritates temporales, contingentes, sive physicae; primum agnoscere debemus eo ipso, quod aliquid potius existit quam nihil, aliquam in rebus possibilibus, seu in

25 ipsa possibilitate vel essentia esse exigentiam existentiae vel (ut sic dicam) praetensionem ad existendum et ut verbo complectar essentiam per se tendere ad existentiam. Unde porro

2 etsi (I) non (2) nulla L 2 causa (I) sit *|(2) esset *ers.* | L 2 ratio (I) est (2) est <quae ordo rerum ipsa necessitate> (3) intelligi (a) potest (b) debet L 2f. * seu essentia *erg.* L 3f. praevalentia (I) <electionum> (2) inclinationum L 7 extramundano, (I) seu differente a serie rerum | (a) sive statuum (b) a s *erg. u. gestr.* | (c) mutabi (d) quarum aggregatum Mundum constituit atque (2) | seu *gestr.* | differente L 8 rerum (I) quae (2) quarum aggregatum L 8 constituit. (I) Atque illud oportet esse Metaphysicae necessitatis ut ratio ejus extra (2) Atque L 9 res (I) mundi ex iis qu (2) Mundi L 9 determinat (I) ad necessitatem quandam abso (2) ad L 11 vero *erg.* L 11f. Nempe ... nasci *erg.* L 12 Quoniam (I) <enim> (2) igitur L 14f. oportet (I) aliquid existere quod sit Metaphysicae necessitatis, (a) idque adeo (b) atque adeo aliquid existere diversum esse a Mundo * (2) aliquod ... diversum (a) a Mundo seu Entium pluralitate (b) ab ... Mundo L 17f. aeternis (I) seu metaphysicis oriantur sive (a) <-> (b) metap (c) essentialibus (aa) sive |(bb) vel *ers.* | (2) sive essentialibus vel L 18 physicae; (I) considera (2) primum L 19 quod (I) res po (2) aliquid L 19-21 nihil, (I) esse aliquam in possibilibus, (a) ut s (b) exigent (c) exigentiam existentiae seu praetensionem (ut sic dicam) ad existendum; deinde posito omniaabilia, seu (2) aliquam ... existentiae (a) vel ut (b) vel ... complectar (aa) seu (bb) essentiam (aaa) <prae> (bbb) per ... existentiam L

sequitur, omnia possibilia seu essentiam vel realitatem possibilem exprimentia pari jure ad [existentiam] tendere, pro quantitate essentiae seu realitatis, vel pro gradu perfectionis quem involvunt; est enim perfectio nihil aliud quam essentiae quantitas.

2 v^o

Hinc vero manifestissime intelligitur, ex infinitis possibilium combinationibus serie- bus- que possibilibus existere eam per quam plurimum essentiae seu possibilitatis perducitur ad existendum. Semper scilicet est in rebus principium determinationis quod a Maximo Minimize petendum est, ut nempe maximus praestetur effectus, minimo ut sic dicam sumtu. Et hoc loco, tempus, locusque aut ut verbo dicam receptivitas vel capacitas mundi haberi potest pro sumtu sive terreno in quo quam commodissime est aedificandum, formarum autem varietates respondent commoditati aedificii multitudinique et elegantiae camerarum. Et sese res habet ut in ludis quibusdam cum loca omnia in Tabula sunt replenda secundum certas leges; ubi nisi artificio quodam utare postremo spatiis exclusus iniquis, plura cogeris loca relinquere vacua quam poteras vel volebas. Certa autem ratio est per quam repletio maxima facillime obtinetur. Uti ergo si ponamus decretum esse ut fiat triangulum, nulla licet alia accidente determinandi ratione, consequens est aequilaterum prodire; et posito tendendum esse a puncto ad punctum licet nihil ultra iter determinat, via eligetur maxime facilis, seu brevissima. Ita posito semel ens praevalere non enti, seu rationem esse cur aliquid potius extiterit quam nihil, sive a possibilitate transeundum esse ad actum; hinc etsi nihil ultra determinetur consequens est existere quantum plurimum potest pro temporis locique (seu ordinis possibilis existendi) capacitate prorsus quemadmodum ita componuntur tessellae, ut in proposita area quam plurimae capiantur.

Ex his jam mirifice intelligitur quomodo in ipsa originatione rerum Mathesis quaedam Divina, seu Mechanismus Metaphysicus exerceatur, et maximi determinatio habeat locum. Uti

1 sequitur, (I) cum (2) omnia L 2 essentiam L ändert Hrsg. 2 [existentiam] (I) praetend(-t) (2) tendere, (a) ex omnibus possibilibus combinationibus eam existere (b) pro q (c) pro quan (d) gradu essentiae vel (e) pro ... realitatis, (aa) vel pro (bb) vel (aaa) g (bbb) pro L 2 gradu (I) perfectionibus (2) perfectionis L 3f. quantitas. (I) Unde (2) Sequitur (3) Hinc ... intelligitur L 5 quam (I) plurima ad existentiam (2) plurimum L 5f. ad (I) existent (2) existendum L 6–21 Semper ... capiantur erg. L 6 * in rebus erg. L 7 ut (I) scilicet (2) nempe L 7 sumtu. (I) Et (a) <potest> (b) potest (2) Ne(c) (3) Et L 8 tempus, (I) spa (2) locusque L 9f. varietates (I) sunt (2) respondent L 10 Et (I) <vere> (2) sese L 11 leges; (I) tunc (2) ubi L 13 ratio (I) commodissima (2) est L 13 quam (I) et plurima (2) repletio (a) <-> (b) maxima L 14 ut (I) <-sta> (2) fiat L 14 licet erg. L 15f. punctum (I) si nihil (2) licet L 16 maxime (I) commoda (2) facilis L 16 Ita (I) decreta (2) posito L 17 praevalere (I) seu (2) non L 19 possibilis erg. L 19f. capacitate (I) atque ut ita componi tessellas (2) prorsus L 20–22 capiantur. (I) Ut ita in hoc ipso Mathesis (2) Ex ... Mathesis L 23 seu (I) Mechani (2) pote (3) Mechanismus Metaphysicus exerceatur, | prorsus ut in communi Mechanismo experimur gestr. | et L 23 determinatio (I) locum (2) habeat L

ex omnibus angulis determinatus est rectus in Geometria; et uti liquores in heterogeneis positi sese in capacissimam figuram nempe sphaericam componunt; sed potissimum uti in ipsa Mechanica communi, pluribus corporibus gravibus inter se luctantibus talis demum oritur motus, per quem fit maximus descensus in summa. Sicut enim omnia possibilia pari jure ad
5 existendum tendunt pro ratione realitatis; ita omnia pondera pari jure ad descendendum tendunt pro ratione gravitatis; et ut hic prodit motus quo obtinetur quam maximus gravium descensus; ita illic prodit mundus per quem maxima fit possibilium productio.

Atque ita jam habemus physicam Necessitatem ex Metaphysica; etsi enim Mundus non sit metaphysice necessarius, ita ut contrarium implicet contradictionem, seu absurditatem logicam, est tamen necessarius physice vel determinatus, ita ut contrarium implicet imperfectionem seu absurditatem moralem. Et ut possibilitas est principium Essentiae ita perfectio seu
10 Essentiae gradus (per quem plurima sint compossibilia) est principium existentiae. Unde simul patet quomodo libertas sit in Autore Mundi, licet omnia faciat determinate; quia agit ex principio sapientiae seu perfectionis. Scilicet indifferentia ab ignorantia oritur, et quanto
15 quisque magis est sapiens, tanto magis ad perfectissimum est determinatus.

At (inquires) comparatio haec Mechanismi cujusdam determinantis Metaphysici, cum physico gravium corporum, etsi elegans videatur, in eo tamen deficit, quod gravia nitentia vere existunt, at possibilitates seu essentiae ante vel praeter existentiam sunt imaginariae et fictitiae, nulla ergo in ipsis quaeri potest ratio existendi. Respondeo neque essentias istas, neque
20 aeternas de ipsis veritates quas vocant esse fictitias sed existere in quadam ut sic dicam regione
3^ro idearum, nempe in ipso Deo, essentiae omnis existentiaeque caeterorum fonte. Quod ne gratis dixisse videamur, ipsa indicat existentia seriei rerum actualis. Cum enim in ea ratio non inveniatur ut supra ostendimus, sed in metaphysicis necessitatibus seu aeternis veritatibus sit quaerenda; existentia autem non possint esse nisi ab existentibus, ut jam supra monuimus;

1 et *erg. L* 1 liquores (1) in homog (2) in *L* 2 nempe sphaericam *erg. L* 2 componunt; (1) atque (2) < etiam > (3) sed potissimum *L* 3 gravibus *erg. L* 5 omnia (1) gravia | (2) pondera *ers. | L* 5 ad (1) existendum | (2) descendendum *ers. | L* 6 hic (1) obti (2) prodit (a) quod (b) per quod (c) motus (aa) per quem quam plurimus est (bb) quo ... maximus *L* 7 mundus (1) per quem quam plurimus (2) quam plurima est essentiarum (3) essen (4) per *L* 7 maxima (1) est | (2) fit *ers. | L* 8 jam *erg. L* 9f. seu absurditatem logicam, *erg. L* 11 seu absurditatem moralem *erg. L* 12 (per ... compossibilia) *erg. L* 13 quomodo | voluntas seu *gestr.* | libertas *L* 13 licet (1) omnia sint determinata (2) omnia faciat determinate *L* 14 perfectionis. (1) Scilicet quanto quisque est sapientior tanto minus est (2) Scilicet *L* 15 est (1) indifferens (2) sapiens *L* 17 elegans (1) sit (2) videatur *L* 18 vel praeter *erg. L* 19 ipsis (1) esse | (2) quaeri (3) quaeri *ers. | L* 19f. istas, | (1) aeternasque veritates (2) neque ... vocant *erg. | L* 21 idearum, (1) seu | (2) nempe *ers. | L* 22 existentia (1) rerum Mundi seu (2) seriei *L* 22 in (1) ipsa | (2) ea *ers. | L* 23f. sit quaerenda; *erg. L*

oportet aeternas veritates existentiam habere in quodam subjecto absolute vel Metaphysice necessario id est in Deo, per quem haec quae alioqui imaginaria forent (ut barbare sed significanter dicamus) realisentur.

Et vero reapse in Mundo deprehendimus omnia fieri secundum leges aeternarum veritatum non tantum Geometricas sed et Metaphysicas; id est non tantum secundum necessitates materiales, sed et secundum rationes formales idque verum est non tantum generaliter in ea quam nunc explicuimus ratione Mundi existentis potius quam non existentis, et sic potius quam aliter existentis (quae utique ex possibilitum tendentia ad existendum petenda est); sed etiam ad specialia descendendo videmus mirabili ratione in tota natura habere locum leges metaphysicas causae, potentiae actionis; easque ipsis legibus pure geometricis materiae praevalere, quemadmodum in reddendis legum motus rationibus magna admiratione mea deprehendi, usque adeo ut legem compositionis Geometricae conatum, olim a juvene cum materialis magis essem defensam, denique deserere sim coactus, ut alibi a me fusius est explicatum.

Ita ergo habemus ultimam rationem realitatis tam essentialium quam existentiarum in uno, quod utique Mundo ipso majus, superius antieriusque esse necesse est; cum per ipsum non tantum existentia quae Mundus complectitur, sed et possibilita habeant realitatem. Id autem non nisi in uno fonte quaeri potest, ob horum omnium connexionem inter se. Patet autem ab hoc fonte res existentes continue promanare ac produci, productasque esse, cum non appareat, cur unus status Mundi magis quam alius, hesternus magis quam hodiernus ab ipso fluat. Patet etiam quomodo DEus non tantum physice, sed et libere agat, sitque in ipso rerum non tantum efficiens sed et finis; nec tantum ab ipso magnitudinis vel potentiae in machina universi jam constituta, sed et bonitatis vel sapientiae in constituenda, ratio habeatur.

1 quodam (1) ab (2) Metaphy (3) subjecto L 2f. haec (1) aliqui (2) alioqui (a) futura (b) imaginaria realisentur. Et vero reapse in natura deprehendimus omnia fieri (3) quae ... forent (a) , realisentur (b) , ut barbare sed significanter dicamus, realisentur (c) (ut ... realisentur L 4 leges (1) Metaphysicas et Geometricas aeternarum veritatum; <-> non tantum Geometricas <s-> (2) aeternarum L 5 Metaphysicas; (1) reapse Geom (2) seu secu (3) id L 6f. formales (1) neque enim tantum (2) idque ... nunc (a) explicavimus (b) explicuimus L 8f. est); (1) et (2) sed ... descendendo L 10 actionis; (1) et (2) et ipsis (3) easque ipsis L 10 materiae erg. L 11-13 deprehendi, (1) et leges compositionis Geometricae conatum, olim a juvene defensam cum materialis magis essem (a) in philosophando deserere sum (b) defensam denique deserere sum (2) usque ... sim L 13f. explicatum. (1) Hinc (2) Ita L 17 se. (1) Et (a) uti quovis (b) non quovis(-) (2) Patet L 19 cur (1) unus status magis quam alius (2) unus L 19 hesternus | sui gestr. | magis quam hodiernus erg. L 20 in | eo gestr. | ipso erg. L 21 ab ... vel erg. L 22 vel sapientiae erg. L 22-S. 239606.3 habeatur. (1) Absatz Et quidem constat ex dictis, quod (2) Absatz Et (3) Absatz Neque enim putet (4) Et ... quod L

13 alibi ... explicatum: LEIBNIZ, *Système nouveau de la nature et de la communication des substances, aussi bien que de l'union qu'il y a entre l'âme et le corps*, in *Journal des Sçavans* 1695, S. 294-306.

3 v^o

Et ne quis putet perfectionem moralem seu bonitatem cum metaphysica perfectione seu magnitudine hic confundi, et hac concessa illam neget sciendum est sequi ex dictis non tantum quod Mundus sit perfectissimus physice, vel si mavis metaphysice, seu quod ea series rerum prodierit, in qua quam plurimum realitatis actu praestatur. Sed etiam quod sit perfectissimus
 5 moraliter, quia revera moralis perfectio ipsis mentibus physica est. Unde Mundus non tantum est Machina maxime admirabilis, sed etiam quatenus constat ex Mentibus est optima Respublica; per quam Mentibus confertur quam plurimum felicitatis seu laetitiae, in qua physica earum perfectio consistit.

At, inquires, nos contrarium in Mundo experiri; optimis enim persaepe esse pessime;
 10 innocentes non bestias tantum, sed et homines affligi, occidique etiam cum cruciatu, denique mundum, praesertim si generis humani gubernatio spectetur, videri potius Chaos quoddam confusum, quam rem a suprema quadam sapientia ordinatam. Ita prima fronte videri fateor; sed re penitus inspecta contrarium esse statuendum, a priori patet ex illis ipsis quae sunt allata, quod scilicet omnium rerum atque adeo et Mentium summa quae fieri potest perfectio obti-
 15 neatur.

Leibniz hat zunächst den ersten, petit-gesetzten Absatz formuliert und durch den zweiten Absatz von Objicitur ... evolvuntur nachträglich ergänzt. Leibniz verwirft beide Absätze wieder und schreibt den folgenden dritten Absatz nieder, den er zunächst auch wieder streicht und anschließend neu konzipiert.

20 Interim hoc non ita accipiendum est, ac si totum quidem sit felix et perfectum[,] partes vero imperfectae; nam id ipsum verae gubernationi contrarium foret, cujus est quam maximum bonum possibile etiam in singulis obtinere. Sciendum igitur afflictiones bonorum virorum pro tempore malas, effectum bonas esse, et esse vias compendiaras ad maiorem perfectionem, ut in natura quidam liquores lente fermentant melioranturque, alii in quibus fortior perturbatio est partibus maiore in extrorsum versis, promptius emendantur. Haec ergo non tantum
 25 Theologice sed et physice vera esse, nec tantum grata et consolatoria, sed et verissima esse est statuendum. Et in universum sentio nihil esse et felicitate verius, et dulcius feliciusque veritate.

4 prodierit, (1) per quam (2) cujus a (3) in L 5 moraliter (1) . Nam (2) , quia ... perfectio (a) est physica quaedam perfectio relata ad Mentis (aa) , ut qua sal(-) Mundus (bb) . Nempe (b) mentium est pro (c) ipsis ... Unde L 9 Mundo (1) oriri (2) experiri; (a) videri enim optimis esse (b) optimis enim L 10 innocentes (1) affligi, be (2) non L 10 etiam erg. L 11 praesertim ... spectetur erg. L 14 quae fieri potest erg. L 14 perfectio (1) obtinetur | (2) obtineretur (3) obtineatur ers. | L 15–20 obtineatur. (1) Atque hoc ita putandum (2) Interim ... accipiendum L 20 quidem (1) sit (2) fit (3) sit L 22 bonorum virorum erg. L 23 liquores erg. L 24 partibus (1) ex (2) maiore L 26 universum (1) puto nihil esse aut felicitate verius, aut (2) sentio ... verius, et L 26–S. 239607.1 veritate. (1) Et ut picturae (a) portio tecta a (b) portiuncula (aa) tecta (bb) caetero tecto | absonam *versehentlich nicht gestr.* | quendam ostendit (aaa) pict (bbb) colorum confusionem; omnibus autem | simul *versehentlich nicht gestr.* | spectatis pict (2) Objicitur: (a) si (b) ergo L

Objicitur: ergo mundus, dudum paradisos. contra experientiam. Respondeo: jam multae substantiae ad magnam perfectionem pervenire, sed innumerae restant semperque extenuant exaltandae, ob continui divisibilitatem in infinitum, dum exigua illa paulatim evolvuntur.

Et vero incivili est nisi tota lege inspecta judicare; habemus umbras in picturis quin etiam si portiuncula ejus sola spectetur propius, reliquo tecto inepta quaedam apparet colorum confusio; toto autem spectato pulcherrimus nascitur in oculo affectus. Et in Musica dissonantiae admistae accedente correctione aliquid faciunt multo pulchrius et excitatius quam perpetuus tenor consonantiam; et salsa, acida, amara gratius aliquid faciunt recte mista quam dulcia sola.

4 r^o

Et vero incivile est nisi tota Lege inspecta judicare, ut ajunt jureconsulti, nos porrigendae in immensum aeternitatis exiguum partem novimus; quantum enim est memoria aliquot millenorum annorum, quam nobis historia tradit. Et tamen ex tam parva experientia temere judicamus de immenso et aeterno; quasi homines in carcere, aut si mavis in subterraneis salinis Sarmatarum nati et educati non aliam in mundo putarent esse lucem, quam illam lampadum malignam, aegre gressibus dirigendis sufficientem. Picturam pulcherrimam intueamur, hanc totam tegamus, demta exigua particula; quid aliud in hac apparebit, etiamsi penitissime intueare, imo quanto magis intuebere de propinquo, quam confusa quaedam congeries colorum, sine delectu sine arte; et tamen ubi remoto tegumento totam Tabulam eo quo convenit situ intuebere, intelliges quod temere illitum linteo videbatur, summo artificio ab operis autore factum fuisse. Quod oculi in pictura, idem aures in Musica deprehendunt. Egregii scilicet componendi artifices dissonantias saepissime consonantiis miscent, ut excitetur auditor et quasi pungatur, et veluti anxius de eventu, mox omnibus in ordinem restitutis tanto magis laetetur prorsus ut gaudemus periculis exiguis, vel malorum experimentis ipso vel potentiae

1 paradisos. (1) Respondeo: in (2) contra L 5 quin etiam erg. L 7 dissonantiae (1) mistae, quibus mens (2) admistae L 8 salsa, (1) amara (2) acida L 11 f. jureconsulti (1) . Nos (2) , nos (a) immensae aeternitatis (b) porrigendae ... aeternitatis L 12 novimus (1) , quid | (2) ; quantum ers. | L 15 educati (1) de se (2) non L 15 in mundo erg. L 15 quam (1) lampades illas (2) illam lampadum L 16 gressibus (1) dispelle (2) dirigendis L 17 exigua (1) parte (2) particula L 19 Tabulam erg. L 20 temere (1) <fac> (2) contigisse (3) illitum L 20 linteo (1) videatur (2) videbatur L 20 artificio (1) ab artifice (2) ab L 21 fuisse. (1) Sic etiam in a (2) Quod L 22 saepissime (1) copu (2) consonantiis L 23 omnibus (1) velut (2) in L

11 incivile ... jureconsulti: Die auf Publius Iuventius Celsus zurückgehende Juristenregel (Dig. 1. 3 l. 24) lautet: Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare, vel respondere.

vel felicitatis nostrae sensu vel ostentamento, vel uti in funambulorum spectaculo, aut saltatione inter gladios (sauts perilleux) ipsis terriculamentis delectamur et ipsimet pueros ridendo quasi jam prope projecturi semidimittimus, qua etiam ratione simia Christiernum Daniae regem adhuc infantem fasciisque involutum, tulit in fastigium tecti, omnibusque anxiis, ridenti
 5 similis, saluum rettulit in cunas. Eodem ex principio insipidum est perpetuo dulcibus vesci; acria, acida, imo amara sunt admiscenda, quibus gustus excitetur. Qui non gustavit amara, dulcia non meruit, imo nec aestimabit. Haec ipsa est laetitiae lex, ut aequabili tenore voluptas non procedat, fastidium enim haec parit, et stupentes facit non gaudentes.

Hoc autem quod de parte diximus, quae turbata esse possit salva harmonia in toto, non ita
 10 accipiendum est, ac si nulla partium ratio habeatur, aut quasi sufficeret totum Mundum suis numeris esse absolutum, etsi fieri possit, ut genus humanum miserum sit, nullaque in universo iustitiae cura sit aut nostri ratio habeatur; quemadmodum quidam non satis recte de rerum summa judicantes opinantur. Nam sciendum est uti in optime constituta republica curatur, ut
 15 singulis qua pote, bonum sit; ita nec universum satis perfectum fore, nisi quantum licet salva harmonia universali singulis consulatur. Cujus rei nulla constitui potuit, mensura melior quam lex ipsa iustitiae, dictans ut quisque de perfectione universi partem caperet felicitate propria, pro mensura virtutis propriae, et ejus quae affectus est erga commune bonum voluntatis, quo id ipsum absolvitur, quod caritatem amoremque Dei vocamus, in quo uno vis et potestas etiam christianae religionis ex iudicio sapientum, etiam Theologorum, consistit. Neque mirum videri
 20 debet tantum mentibus deferri in universo. Cum proxime referant imaginem supremi Autoris, et ad eum non tam qualem machinae ad artificem, (veluti caetera) sed etiam quam cives ad principem relationem habeant, et aequae duraturae sint ac ipsum universum, et totum quodammodo expriment atque concentrent in se ipsis. Ut ita dici possit, mentes esse partes totales.

1 f. ostentamento, (1) et (2) vel ... ipsimet L 3 projecturi (1) dimittimus, (2) semidimittimus L
 5 saluum *erg.* L 5 Eodem (1) per (2) ex L 8 haec (1) facit | (2) parit *ers.* | L 10 habeatur, (1) sufficeretque (2) aut quasi sufficeret L 11 absolutum, (1) unde | (2) etsi *ers.* | L 12 iustitiae (1) ratio habeatur (2) cura L 12 nostri (1) cura | (2) ratio *ers.* | L 12 f. habeatur (1) . Nam sciendum est ne in toto quidem harmoniam fore, nisi quanta maxima summam. (2) ; quemadmodum ... opinantur L
 13 republica (1) curandum est | (2) curatur *ers.* | L 14 sit; (1) ita nec universo harmonia (2) nec harmonia optima est, nisi omnia in toto et in partibus quam aptissime ad scopum dirigantur; ita nec (3) ita L
 16 caperet (1) f (2) felicitate (a) propria, (b) pro ea qua aff (c) propr (3) fel (4) felicitate L 17 mensura *erg.* L 18 ipsum (1) consistit | (2) absolvitur *ers.* | L 19 mirum (1) videbit (2) videri L
 20 f. supremi (1) autoris, ut ad hunc, quem (2) Autoris, et ad eum (a) se (cau) (b) se habeant (c) non (aa) tantum ut (bb) tam ... artificem, (aaa) sed (bbb) (veluti caetera) sed (aaaa) et (bbbb) etiam quam L
 22 et (1) ipsum | (2) totum *ers.* | L

3 f. Christiernum Daniae regem: d. i. Christian II., König von Dänemark

4 v^o

Quod autem afflictiones bonorum praesertim virorum, attinet, pro certo tenendum est, cedere eas in majus eorum bonum; idque non tantum Theologice, sed etiam physice verum est. Uti granum in terram projectum patitur antequam fructus ferat. Et omnino dici potest afflictiones pro tempore malas, effectum bonas esse, cum sint viae compendiariae ad majorem perfectionem. Ut in physicis qui liquores lente fermentant, etiam tardius meliorantur; sed illi in quibus fortior perturbatio est, partibus majore vi extrorsum versis, promptius emendantur. Atque hoc est de quo diceres retrocedi ut majore nisu saltum facias in anteriora (qu'on recule pour mieux sauter). Ista ergo non grata tantum et consolatoria, sed et verissima esse est statuendum. Atque in universum sentio nihil esse et felicitate verius, et felicius dulciusque veritate.

In cumulum etiam pulchritudinis perfectionisque Universalis Operum divinorum, progressus quidam perpetuus liberrimusque totius Universi est agnoscendus; ita ut ad majorem semper cultum procedat. Quemadmodum nunc magna pars terrae nostrae culturam recepit; et recipiet magis magisque. Et licet verum sit interdum quaedam rursus sylvescere, aut rursus destrui deprimique, hoc tamen ita accipiendum est, ut paulo ante afflictionem interpretati sumus, nempe hanc ipsam destructionem depressionemque prodesse ad consequendum aliquid majus; ita ut ipso quodammodo damno lucremur.

Et quod objici posset: ita oportere ut Mundus dudum factus fuerit Paradisus, responsio praesto est: etsi multae jam substantiae ad magnam perfectionem pervenerint, ob divisibilitatem tamen continui in infinitum, semper in abyso rerum, superesse partes sopitas adhuc excitandas, et ad majus meliusque, et ut verbo dicam ad meliorem cultum provehendas. Nec proinde unquam ad Terminum progressus perveniri.

2 bonum (I) . Etsi enim (2) ; idque L 2f. est. (I) Nempe et (2) Uti *ers.* | L 3 projectum (I) <corrum> (2) pati necesse est, antequam fruct (3) patitur L 3 ferat (I) , et <fermen> (2) . Et (a) in universum | (b) omnino *ers.* | L 7f. Atque hoc est (I) quod diceres retrocedi ut majore nisu saltum facias in anteriora (reculer pour mieux sauter) (2) de ... sauter) *erg.* L 8 sauter). (I) Suntque ista (2) Ista ergo L 8 et (I) sola (2) consolatoria L 9 esse (I) et felicitate bonorum, et universi perfectione omnimoda verius, (2) et L 10f. veritate. (I) *Absatz* Quod objicitur, (a) si (b) ergo Mundus dudum paradisi, si mala tenditur ad (2) *Absatz* Praeterea (3) In L 11 Universalis (I) scire (2) Operum L 11 divinorum, (I) sciend (2) progressus L 13 cultum (I) progred (2) procedat L 13 Quemadmodum (I) tellus nostra (2) nunc L 15 ita (I) interpretandum | (2) accipiendum *ers.* | L 16 depressionemque (I) ad in (2) ita prodesse ad conseq (3) prodesse L 17 majus; (I) ad q (2) ita L 17 ipso (I) ut sic dicam | (2) quodammodo *ers.* | L 18 ita (I) Mundum dudum (2) de (3) oportere L 18 factus (I) fuisset | (2) fu (3) fuerit *ers.* | L 18 Paradisus, (I) sciendum est (2) responderi (3) responsio L 19f. : etsi ... pervenerint; *erg.* (I) ob infinitas semper partes exiguas <-> (2) tamen ob divisibilitatem (3) ob divisibilitatem tamen L 20 semper (I) novas (2) restare (3) in L